episcopo studenti quasi umbra terribilis cum ge
mitu dicens Ego sum heu heu miser iste theo
logus meritis dampnatus quia superbiam et pompam
seculi dilexi et prebende non profuerunt michi et
addidit querens ab episcopo Est ne adhuc super vivencium
in seculo respondit episcopus quid tu tantus clericus
ista queris et tam cito credis inmundum fuisse Ad
defunctus naturalia ingenium et memoriam non amittunt
Ubi defunctus interim inquid ego defunctus
sum tanta infinita aucte multitudo corruit
ad infernum quod tot homines non credo vivere
in mundo Preterea tantus est dolor et impietas
in dampnatis quod nil penitus retinent de me
moria nisi sensum doloris et per una die videtur
nobis quod arsimus mille annis Et memorie com
mendanda sunt et nulla oblivione dolenda
Et tamen veritas militat pro isto fateor me talia
legisse et apud multos famata De mortuorum vero
vocatione frequenter legimus in omelijs gregorij
et in quarto libro dyalogorum qui dicit apparuisse
sanctos petrum paulum et alios in consolationem
fidelium et animas eorum ad celum perduxisse
Et augustinus dicit in libro de cura pro mortuis
agenda de sancto felice martire quod cum civibus
nolanis visibiliter apparuit cum a barbaris
oppugnarentur Sic ergo credendum est de hiis
qui in purgatorio sunt quod secundum divinam per
missionem a suis receptaculis egresse aspectibus

Exemplum de a sanctis mortuis apparuit ob consolationem fidelium